

concessit¹⁾. Coloni videntur deducti esse primum Firmum a triumviris, deinde Falerionem ab Augusto opinor post pugnam Actiacam, ut in secunda hac adsignatione, sic ut saepe factum est (Rudorff inst. grom. p. 402), territorii Firmani pars quaedam comprehenderetur. Iam secundum ea quae supra rettulimus ex hac parte quidquid in adsignationem non venit cum Firmanorum maneret, propterea Firmani Falerionensibus de subsicivis litem movebant. Sed tuebantur se qui agros tenebant cum vetustate possessionis tum eo quod Augustum probabant colonos Firmanos hortatum esse, ut subsiciva illa sua iam pertica aliena comprehensa statim venderent, id quod eos fecisse certe probabile erat. Quartani igitur coloni sunt non Falerienses, sed Firmani. Ceterum ex Siculi loco intellegitur Domitianum non solum de controversia inter Firmanos et Falerienses orta ita decrevisse, sed in universum similiter statuere, scilicet quaecumque lites similes penderent, quas multas fuisse probabile est, iis ad hoc exemplum ubivis finem imposuisse. Sane ut controversiae de subsicivis molestae et infelices penitus tollerentur, non satis erat subsiciva quae populi Romani mansissent possessoribus donare, id quod Domitianum fecisse constat, sed praeterea opus erat de iis statuere, quae rebus publicis concessa neque antea privata facta essent.

1) Haec redeunt apud Hyginum p. 117, sed mutila et perturbata culpa librariorum: quae superfuerunt subsiciva [plerumque inveniuntur] his concessa esse, id est eorum rei publicae, ex quorum territorio sumpserant agros, ita ut in eos quos donaverant r. p. [immo quos donaverat p. R.] agros [iuris dictio esset coloniae] et in eos qui redditi erant veteribus possessoribus iuris dictio salva esset eis ex quorum territorio sumpti erant agri.

5421 Fallerone in museo.

PRO salute
ATELAE · N
PICENTINA · L
BONAE · DEAE · V · S

Descripsi.

2 Ate[li]ae n(ostrae) vel similiter fuit.

5422 Falerione nuper rep. DE MINICIS 1866.
Hodie ibi in museo.

FIDEI · AVG

SAC

C · SERVILIUS · APER
VIII · VIR · AVG · PRO HO
5 NORE · D · S · P · FEC ·
INDVLGENT · SERVILIAE
BASSILLAE · PATRONAE · ET ·
CLODIAE · QVARTI · F · PRIS
CAE · FILIAE · EIVS

Recognovi. G. de Minicis a. 1866 misit Henzeno, qui ed. *Bull. dell' inst.* 1866 p. 209.

5423 Falerione in theatro rep. DE MIN. Est
Firmi in museo Miniciano.

A E D E M
DE · SVA pec
QVI · TV telae causa?
ID em

Descripsi. De Minicis ms.

5428 Falerone rep. a. 1836 in ruinis theatri,
est Firmi in museo Miniciano.

IMP · ANTONINO · AVG · Pro
ANTONIA · CN · FIL · PICENTINA · C · C
SECVNDI · PRAETORI · PATRONi colo
NIAE · SACERDOS · DIVAE · FAVst i
5 NAE · STATVAS · QVAS · AD EXORnan
DVM · THEATRVM · PROMIserat fa
LERIENSIBVS POSVIT ETob ded
DECVRIONIBVS PLEBI VRBANAdivisionem
DEDIT

Recognovi. Minicii ann. inst. 1839 p. 45,
iscr. n. 626. Henzen n. 5128. Egit de hoc
titulo Borghesi opp. 7, 209.

3 id est praetorii.

5424 Fallerone in aedibus Casparis de Santis.

DICAT

Descripsi.

5426 Falerone CAMER.; in una stalla d'una casa rurale de' sigg. Olivieri COL. (ubi, scilicet in contrada Sà, theatrum fuit DE MINICIS) de parte posteriore. Pars prior inventa est 15 Iun. 1836 in quinto vomitorio theatri orientem versus. Propter figuram probabile est stetisse titulum supra id ipsum vomitorium. Hodie Firmi in museo Miniciano.

TI CLAVDIO · DRU · SIF · CAESARI · AVGVST

GERMANICO

PONTIFICI MAXIMO TRIB · POTEST · III · COS · III · IMP · III · P · P · p. C. 43
L · CELER · QVIDACILIVS · PATER · NOMINE FILI ET SVO TESTAMENTO · FIERI IVSSIT
5 C · OCTAVIVS · L · F · VEL · CELER · ADIECTA · PECVNIA · FACIENDVM · CVRAVIT

Recognovi. Partem posteriorem proponunt Phil. Camerinius apud Mur. 225, 9 et Coluccius app. p. LXXXVI, Pic. 3, 325; utramque Minicii ann. inst. 1839, 29 ligno incisam, iscr. n. 623.

4 in. litterae L luculentum vestigium cernitur. Inter CELER · et · QVIDACILIVS, ubi litteras quasdam erasas esse Minicii credunt, nullae umquam fuerunt. — Egit de hoc titulo Borghesi opp. 7, 167. 206. Cognomen alterum patris, qui plene dictus est opinor L. Octavius Celer Quidacilius, simile est noti ducis Asculanorum in bello Marsico C. Iudacilii (Appian. b. c. 1, 40. 42. 47. 48, in qua lectione libri fere consentiunt, nisi quod primo loco habent οὐδακίλιος) sive Vidacilii (sic Orosius 5, 18 secundum libros optimos Zangemeisteri); sed hoc ut propter titulum Faleriensem mutemus causa nulla est.

5427 Falerone rep., est Firmi in museo Miniciano.

NERVA
· FECIT

Recognovi. De Minicis iscr. n. 697.

5429 Fallerone in theatro rep. LANZI. Hodie
ibi in museo.

pro MISERAT faleriensibus
posuIT ETob ded. decurionibus
plebi · VRBANAe diuisionem
DEDIT

Recognovi. Lanzi in epistula ad Marinium data
Fabriani 17 Dec. 1777; de Minicis ms.

5430 litteris pravis. Fallerone rep. cum n. 5428
AMAD. Est ibi in museo.

i m p. C · M
modo a V G ·
imp. antoni NI · AVG
f. pr INCIPI
5 i u u e N T V T I S
trib. POT · II · COS

Recognovi. Amaduzzi in schedis Savignanensibus; Lanzi in epistula ad Marinium data Fabriani 17 Dec. 1777; de Minicis ms.

1 extrema littera non s est, ut visa est Lanzi, sed videtur fuisse M. — Apud Amaduzium refertur sic: ... NI PRINCIPI IVVENTVTIS.